

COMETA.



Regebat Prussiam Bythinæ Regem An-
nibal ad inferendum hostibus bellum , remen-
temq; ob fusella extorum prælagia interroga-
vit , *an tarantule vitæque maris , quam veteri Imperator
videre?* quid enim incisus pulmo aut vituli je-
cur cum astris commune habet , ut definiat se-
cundæ vel adverse expeditionis diem ? ac mor-

talibus declarat fatorum leges & explodebat & Cato omnem ex pul-
lorum tripudio divinandi artem , mirabaturq; , *cur non videret dræfices ,
Aspiciens non videret* , quis enim in Jovis consilium assumpsit pullos ?
aut quis eos substituit aquilæ arcuorum caelestium conficæ ? aut
quodnam prodigium esse potest , ut pulsi fume macerati sese ob-
jecto cibo adeo ingurgitent , ut in terram aliquid labatur , ex quo
terra pavium & tripudium solitum nunciabatur auspicianti fortunatissi-
mum ? hinc Flaminius pullarios pugnam prohibentes his verbis fa-
cessere jussit , *præclara auspicia , si clarioribus pullos rei geri poteris , faturo ve-
rò nihil* . Indignum ratus dictatorum aut consulum fæces pullorum
caveæ subijci : & Claudius pullos è cavea egredi renuentes in a-
quam projici jussit , ut siltem biberent , qui comedere recusarent.
Ex quibus patet , auguria & auspicia à viris summæ dignitatis fuisse
ad aniles fabulas damnata , cometas verò omnis ætas exhorruit
tanquam ecclestes immanentium malorum nuntios , prout declarat
Claudianus : *namquam spectatus terra impati Cometes* , sensit gravem illius
effectum Hierosolyma . undecies centenis hominum malibus cruen-
ta morte extinctis , ac reliquis in servitutem abductis . Agnovit &
Roma , cum enim Nero à Babilo Astrologo didicisset funefum quid
à stella comata portendi , nobilissimos destinavit ad eandem , ratus
malum à capite suo transferri posse in Senatores . Sensit & orbis
universus , comparente cristo sidere pestem , famem , & bellum in
humanum genus conspirasse , unde admiratione dignum est , quòd

post tam prodigiosum cometam DEUS LEOPOLDI MAGNI
 virtutem tot ac tantis victorijs coronet. — Narrat Ovidius quòd
 Julij Caesaris anima intercedente apud Jovem Venere in auras reso-
 luta non sit, sed in stellam conversa, *trabes sparsis laete crines*: hoc
 ipsum confirmat Suetonius: *stella crinita per septem dies continuè fissa, cre-
 dentibus esse, animam esse Caesaris in Caelum recepti*: hinc teste Plinio Augustus
 cometam illum interiore gaudio sibi natam, *sej in eo usque interpretatus est*; meliori
 jure interpretabimur prædictum cometam LEOPOLDO ortum
 esse, & in eo redivivam Julij Caesaris virtutem; eum victoriarum
 celeritate Caesaris felicitatem adæquet, qui hoc axioma gloriaba-
 tur, *vici, vobis, vici*. Turca enim qui violatis inducijs, invitum *Ag-
 gessissimus* ad arma provocaverat, vix in conspectum venire præsu-
 mit, cum perfidie poenas ingenti strage luit, ita ut meritò LEO-
 POLDO MAGNO dicere possimus, quòd Nazarius Constanti-
 no; *populisti quidem Imperator, sed castus, & ex hoc maxime victoriam invenit.*

*Sti, ipsi patre, sed regem est concordia, cui parata est victoria, quippe tua
 superbia fuit pariter, quoniam proelia (cum dico proelia,
 inchoat ab iustis successibus, inchoat victorias.)*



ALE-